NICOLAUS DE LYRA
Salzburg/Bayern, 1450
Seite 195v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sacerdotio et de ciuitate re-
gia cum dicitur Vade in ana-
thoth ad agrum tuum id est ad
possessionis tue locum. licet
enim sacerdotes non habrent
possessiones rurales ha-
bebant tamen ciuitates as-
signatas pro sua habitatione
suburbana ad nutriendum
animalia ut 3 mu xxxv et
Ysue xxi Et quia vir mortis
es a morte dignus pro con-
spiratione contra me et
ordinatione dei et patris mei
ut impleretur sermo domini quem
locutus est super domum heli
in sylo scilicet quod eiceretur a sa-
cerdotio ut habetur supra
li° primo cap° 2° Venit autem
nuncius hic quem ponitur
executio ordinationis da-
uid et primo quantum ad puni-
tionem Ioab 2° ipsius semei
ibi misit quoque rex Circa
primum dicitur Venit autem
nuncius ad salomonem
per modum accusationis
quod Ioab declinasset post
adoniam Non solum ante in-
stitutionem salomonis sed etiam
post ut predictum est et post
salomonem non declinasset
in hebreo habetur venit
autem nuncius ad salomonem quod Ioab
declinauerat post adoniam
et post absalon non decli-
nauerat Nunciatum enim
fuit Ioab quod salomon hoc
faciebat et ideo sibi periculum

imminebat quia quamuis Ioab
multum diligeret absolon ut
patet ex predictis Ex libro
viii capitulo tamen non
declinauit post eum quando vo-
luit obtinere regnum ymo
interfecit eum ut habetur
supra secundo li° xviii capitulo
et ideo quia declinauit post
adoniam ad optinendum
regnum suum fuit quia habe-
bat multum cordi illud ne-
gotium machinando contra
salomonem Et ex quo hoc
sciebat merito timuit et
pro refugio fugit ad taberna-
culum egredere quia formi-
dabat eum in loco sacro in-
terficere non egrediar dixit
Ra sa quod Ioab dixit bana-
nie non egrediar nisi sub
condicione scilicet salomon re-
cipiat super se maledictionem
quam dauid imprecatus fu-
it super me interfectione ab-
ner scilicet lepram debilitate
gladium et famem ut dic-
tum fuit supra 2° libro 3°
cap° allegat quod non debebat
dupliciter punire scilicet occisione
in persona sua et maledic-
tionibus dictis in semine
suo et quia hoc videbatur
habere aliquem colorem iusti-
cie ideo banaias non interfecit
eum sed rediit ad salomonem
referens ei verba Ioab et
tunc salomon respondit